



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 60. Regina Londinum ingressa, ibidemque coronata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. A.C 1553 gato scriptam emigrandi potestatem obtinuiſſet.

§. LX.

*Regina Londinum ingreſſa,  
ibidemque coronata.*

*Burnet  
p. 377.  
Sleid.  
p. 930.  
L. 116. l. 6.*

Postmodum Regina die ultima Septembris e turri egressa Westmonasterium rediit, ibidemque facta quorundam dierum mora die sequenti solemnem pro more ingressum in urbem celebrare, ac regni insignia accipere parabat, & idipsum die prima Octobris solemnem pompam effectui dedit. Comitabantur eam plusquam quingenti ex præcipuis Regni Proceribus, quos inter duo erant, qui Normanniæ, atque Aquitanniæ Ducum vires agebant, eoquod Angliæ Reges in utramque Provinciam jus sibi vendicent. Paulo post Regina Londinum venit, Elisabetha sorore sua, & Anna Cliviensi Henrici VIII. conjuge, sed ab eo mox repudiata, necnon ingenti illustrium Matronarum turba, & exterorum Principum Oratoribus stipata. Porro ipsa erat, pallio purpureo amicta, cujus longum, ac sinuosum syrma a cubiculariorum Principe, & Norfolkiciæ Ducis uxore sustinebatur: dexteram ejus sustentabat Dunhelmensis Episcopus, & sinistram Sarisberiensis Comes, quos sequebantur Nobiles Matronæ, demum vero longa ferie

serie juxta dignitatum suarum ordinem Sæcul. XVI.  
 incedebant Duces, Marchiones, Comites, ceterique Regni Proceres. Tandem Maria Regina ad quoddam theatrum in Templo magnifice exstructum a Viacomicensi Episcopo deducebatur. A.C. 1553.

§. LXI.

*Regina a Viacomienſi Episcopo  
 inaugurata.*

Peractis hiſce ſolemniis Viacomienſis Burnet l. c.  
 Episcopus Cancellarii munere fun- Belcar. l. 26.  
 ctus diu Mariam populo ostendebat, eam- n. 38.  
 que legitimam esse Regnam proclamans  
 ab adstantibus ſciſcitabatur, utrum il-  
 lam pro vera Regni hærede agnoscerent:  
 aſſentientibus igitur confuſo vocum ſono  
 omnibus, ac fauſta quæque precanti-  
 bus Regina ad Altare descendens, ibi-  
 dem præſtito ſolemni ſacramento humi  
 proſtrata a Gardinero Viacomienſi Epi-  
 ſcopo, aliisque decem Præſulibus mi-  
 tras in capite, pedumque in manu ge-  
 ſtantibus ſacro uncta eſt oleo, adhibitis  
 omnibus aliis ritibus, quos ante ſpuriam  
 reformationem adhibendi conſuetudo  
 ferebat. Poſtea Dajus Ciceſtriensis Epi-  
 ſcopus, qui inter celeberrimos ævi ſui  
 Præcones numerabatur, ac propterea  
 forte in Eduardi exequiis ad habendam  
 funebrem orationem ſeligebatur, etiam  
 ſolemni hac die ſermonem habuit, quo  
 R r 3 abſo-